

M: München clm 6367 f. 16v-17v, saec. xi

P: ms Paris 12949 f. 38r-v, saec. ix

Q: Paris 16598 f. 94va-95vb, saec. xiii

[[INCIPIT¹]] DE LOCO //

Loci uocabulo multa expri/mi solent. Nam et urbes / et oppida et castella loco/rum signo / saepe / exprimuntur. Partes etiam terrarum / loca dicuntur. Uerbi causa, ut germa/ni/a, phrigia² loca, libiaequae / calida |**Q94vb**| loca saepe dicuntur. Sedylia³ quoque / loca dici solent. Sed et / uulgari / more quarumque⁴ perso/narum susten/tatio seu uictus seu etiam subsi/dium quod⁵ adhi/bet in/habitationis, saepe loci nomi/ne / depromitur. Sed haec, quia extendi / et contrahi |**P38v**| ceterisque uarieta/tibus moueri possunt, incorpo//ralia esse nequeunt. Ac idcirco / aut locus corporeus est, / et haec / dicta significans ab incorpo/rali / recedit; aut si incorpo/reus, quod satis considerantibus / proba/bilius esse uidetur, ab his praefatis / remoueri ne/cesse est. Sed quia inter cor/poralia cetera hic locus / introduc/tus esse cernitur, necessarium est ut et⁶ in / corpora/li intellegentia⁷ depromatur. // Locus igitur in corpore quidem percipi/tur, sed corpus ipse esse minime / cre/dendus⁸ [[est⁹]]. Est ergo locus spatium // quo quodlibet corpus in sua / longitudine¹⁰, latitudine, al|**Q95ra**|titudine, te|**M17r**|nere aut occupare ualet. // Hoc autem spatium sicut nec longi/tudo aut latitudo extendi aut / contrahi mi/nime potest, / sed in sua / natura propria ui integrum ac inu`i`o/latum permanet.

Notandum quoque / est omne¹¹ locatum [[*quod/cumque¹² locatum est (loco quidem locatum est), non tamen locus est, quia locatum*]] / uarietates pa/titur diuersas. Locus huiusmodi semper / incom/mutabilis est. Et si locatum / perierit, / locus integer permanebit; / locus autem, quia semper huiusmodi est, perire / non potest.

¹ INCIP(IT) *M*, om. *PQ*

² phrigia *M*, frigia *PQ*

³ Sedylia *M*, sedilia *PQ*

⁴ quarumque, *MP*, quar(um) *Q*

⁵ quod + h(ab)itat(?) *Q*

⁶ et in *MP*, de *Q*

⁷ intellegentia *M*, int(e)lligentia *PQ*

⁸ credendus *MQ*, credend(um) *P*

⁹ e(st) *M*, om. *PQ*

¹⁰ longitudine. latitudine *M*, latitudine. longitudine *PQ*

¹¹ om(n)e *MQ*, omne(m) *P*

¹² *quodcumque - locatum* *M*, om. *PQ*; *P* is not the authograph

[DE TEMPORE

Summa cum intentione inter studiosos quaeri solet quid sit tempus, primum quidem dicentes / “Estne substantia tempus?”; et si substantia est, utrum ipsa substantia corporea an incorporea sit, an etiam accidens dicendum est; et si hoc tendit ut accidens dicatur, restat subiungere qualis substantiae, uidelicet utrum corporea an incorporea substantiae, accidens.

Huic autem inuestigationi ad satis faciendum diuinum adducitur tes/timonium. Nam deus, condens luminaria, dixit: Fiant, inquit, haec in dies et menses et tempora et annos (*Gen.* 1.14). His igitur luminaribus et per haec luminaria mortalibus tempora distribuit.

Sequitur autem deinceps inuestigare si sol ad hoc / mortalibus datus est ut tempora adhibeat, estne igitur sol tempus?

Sol est autem quoddam caeleste corpus, globo terrae sexies in quibusdam, ut aliis autem nouies maius uidetur a philosophis affirmatur. Hic autem satis lucet; tale et tam magnum / corpus quod in quarto throno positum est, ut tempus intellegi aut cognosci potuisset. Sol namque in sua semper integritate, siue in australibus regionibus seu aquilonaribus plagis decurrat, integer permanet. Temporis uero partes / quasdam nondum esse, aut iam praeterisse traditores ferunt. Ac ideo non satis concordat, ut res semiplena ac / pene exinanita dicatur ea substantia esse quae in suo statu integra semper manet. Si enim sol tempus est, temporis autem et pars praeterit et pars adesse praestolatur, pars igitur solis praeteriit et pars uenire expectatur. Solis autem / integritas inuiolata permanet. Sol igitur tempus non est.

Sed post hoc restat dicere: si tempus sol non est, ergo accidens `solis` est. / Solis autem accidentia palam fiunt. Sunt quidem solis haec accidentia, uidelicet splendor aut calor, praeterea / cursus; tempus autem hoc non esse uidetur, quod splendor aut calor aut quod cursus est. Quaeratur igitur quid aliud / tempus est. Nam hic nec substantiae nec accidentis locum capere uidetur.

Notandum autem quod a quibusdam tempus / flumini comparatur. Pars enim eius altera quae iam praeteriit, transire cognoscitur; reliqua autem adesse percipitur. Sed disputatio / longius quaerens fluminis quidem partes in quo loco sunt uidet.

Non autem praetereundum est quod quidem subtiliter intellegentium tempus tenere locum huiusmodi ferunt qualem in geometria punctus seu in arithmetica monas retinet. Punctus autem longitudinem, latitudinem concludens, anguli locum possidere uidetur.

Eodem itaque `modo´ et praesens, preteritum cum futuro coniungit, / interstitium quoque nullum percipitur punctus ad longitudinem seu latitudinem; ita nihilo minus praesentis intercapedo nulla est / ad futurum seu praeteritum relatum. Et sicut punctus in unum longitudinis atque latitudinis retinet, cum tantum esse nec longitudo / nec latitudo possit, sic et praesens, praeteritum, et futurum in se colligit ut et ipsum nec praeteritum nec futurum intellegi queat. / Et quomodo punctus intellegitur, ac praesens. Punctus enim nec corporaliter sed intellegibiliter animi consideratione percipitur, / praesens quoque nequaqua spatii quantulacumque morula sed intellectuali ratione conspicitur. Hinc cognoscimus locum sedemque / esse rationabilem animam.

Talis igitur cognitio temporum fiat. Omnis animae rationabilis intentio ad creaturae actum / relatum tempus. Et iterum. Tempus cuiusque intellegentia morae qua quaelibet substantia in actu suo demoratur. Namque [\[M17v\]](#) et sic annus, sol et solis cursus dicendus est. Sed annus est intellegentia ipsius spatii quo phoebus in zodiaco circulo moratur, / scilicet ut ad partem de qua nuper egressus est, reuertatur.

Tempora dicuntur a temperamento. Quattuor enim sunt qualitates quibus / tempora atque elementa temperari solent: humiditas, siccitas, caliditas, frigiditas. Uer quidem, in quo initium mundus assump/sit, primum tenet locum cui natura est calida atque humida. Secundum uero aestas, quae calore et siccitate temperatur. Tertium `quoque´ as/sumpsit locum autumnus, cuius natura scicitate et frigore moderatur. Hiemps nouissima ponitur, quae frigida atque humi/da cunctorum experimento esse probatur.

Si tempus temperatum est, scilicet in praesenti, praeterito, et futuro, ut quod praestolatur ad praesens ueniens in / praeteritum transeat, quoddam `utique´ mobile esse uidetur. Manlius autem sapientiam dixit esse comprehensionem ueritatis rerum quae soru/untur in comutabilem substantiam.

Haec autem non solum mutabilia, sed etiam penitus non esse uidentur. Nam praeteritum est, quod iam non est; et / futurum est, quod nondum est; praeteritum uero et futurum deest; solum tantum praesens esse habet.

Sed quanto concatenosius haec quaestio sic sub/tiliter inuestigatur, ut non habeat amplius temporis esse nisi praesens, tanto apertius et ipsa lucet. Esse quidem siue ut ita dicam essen/tia tripertito modo percipitur. [] Summa enim essentia est in spiritu create, qui neque aliter habet heri et hodie et aliter cras, neque alio modo / nec sit, atque alio aliquo modo alio tempore. Idcirco nihil praeterit, nihil aduenit, quia semper aeternus et

incommutabilis et / huiusmodi est. [] Est et aliud esse creaturarum, scilicet corporalium in se. hae autem dum extendi et retrahi, dilatari et mi/nui patiuntur. Aliter heri habent atque aliter hodie et aliter cras, cum semper incremento aut in decremento sunt aut in aliis / quibuslibet uarietatibus quantitatis et qualitatis, sicut est coloris albus et quod mouetur in nigredinem. Hae quidem, ut diximus, / esse habeant. Sed quia ipsi qui esse habent, mouentur, idcirco et illorum esse quasi transire fertur, quia aliter hodie inuenit infantem, / aliter adulescentem, cum tamen aetates non ipsae transeunt, sed qua in aetatibus uoluuntur. [] Est et aliud esse creaturae in actibus / suis. Uerbi causa: si quis dicat ‘legens fui’ ‘legens ero’, hic legere transiit, scilicet actus; tempus autem manet, hic autem / actus legendi transit, et ipse cui transit, quia mutabilitatem patitur, non incongrue transire depromitur. Esse uero actio/nis in quantum esse est, secundum id quod est incommutabile atque huiusmodi manet.]]

[DE¹³ IMAGINE¹⁴ ET SIMI/LITUDINE]

Inter imaginem¹⁵ et similitudinem / et aequalitatem / hoc¹⁶ interest, quia / ubi imago¹⁷ est, necessario / et similitudo, / non continuo aequalitas sicut in specu/lo. Ubi similitudo uero, non continu/o / imago, / non continuo aequalitas / sicut in ouo. Ouum enim `perdicis¹⁸ quam/quam simile sit ouo gallinae, nec / aequale / est, quia breuius est; nec ima//go, quia non ab illo expressum est. Ubi autem / aequalitas, continuo similitudo, / non / continuo imago, sicut in duobus **Q95rb** ouis paribus. Quod enim / inest uni, `hoc et’ al/teri. Imago tamen¹⁹ / [non²⁰] est, quia neutrum ab²¹ / altero²² expressum est.

Sed cum dico [‘continuo²³’], non continuo intellegi // uolo²⁴ esse [et²⁵] posse. Pot/est namque esse / aliqua imago²⁶ in qua sit [et²⁷]

13 DE IMAGINE ET SIMILITUDINE PQ, om. M

14 IMAGINE P, ymagine Q

15 imagine(m) MP, ymagine Q

16 hoc + [e(st)] Q

17 imago MP, ymago et sic dehinc similiter Q

18 p(er)dicis s.l. M

19 tamen PQ, t(antu)m M

20 non PQ, om. M

21 ab PQ, sed M

22 altero MP, alt(er)um Q

23 continuo PQ, om. M

24 uolo PQ, uole(!) M

25 (et) PQ, om. M

aequalitas / et similitudo, ut in pa/rentibus inue/niretur, si interuallum
temporis de/fuisset. / Nam et imago est, quia [a²⁸] / parente expressa est; /
et similitudo, quia / imago sine similitudine esse non / potest. Quae
recte²⁹ dici posset aequali/tas, / nisi / parens tempore praecederet. Ex quo
/ intellegitur et aequalitatem aliquando / non solum similitudinem habere, /
sed etiam ima/ginem, / ut superius exemplis pro/batum est. Si enim
aequalem syllabam³⁰ / sillabae dicimus, / quamuis alia praece/dat, alia
subsequatur.

In deo autem, / quia / conditio temporalis uacat, et / deus pater
filium / sine tempore genuit, con/sequens est, ut non solum imago eius³¹ /
sit, quia de illo est, et simi/litudo quia / imago est, / sed etiam aequalitas
tanta, [Q95va] ut nec temporis interuallum impe/dimento sit. Et hoc est
quod Apostolus ait: In / quo habemus // redemptionem in rem/issionem
peccatorum, qui est imago dei / inuisibilis (Col. 1.14-15).

Imago itaque potest esse // sine equalitate quidem, sine
si/mili/tudine uero esse non potest. Praeterea ima/go et similitudo possunt
/ esse sine / aequalitate; aequalitas autem potest / esse sine imagine, / sed
sine simili/tudine esse non potest. / Et³² hoc totum³³ / ita colligi potest:
Omnis imago / similitudo, non omnis similitudo / imago; // item omnis
aequalitas si/militudo, non omnis similitudo ae/qualitas. [[Finit³⁴]]. ||

26 imago *M*, immago *P*, ymago *Q*

27 et *MP*, om. *Q*

28 a *PQ*, om. *M*

29 recte *MP*, ref(er)re *Q*

30 syllaba(m) syllab(a)e *P*, sillabam / sillabae *MQ*

31 eius *MP*, ei *Q*

32 et] vt *a.c.* *Q*

33 totv(m)] tota *a.c.* *P*

34 finit *Q*, om. *MP*